

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio CXV. Episcopus in diæcesi[sic!] habet fundatam intentionem tam
de jure communi, quàm vigore Concilii in approbationibus confessorum, &
qui contrarium prætendit, debet hoc probare per ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

rentiosa, non de voluntaria, nec potest fieri illatio de exemptione Clericorum ad exemptionem loci, praesertim cum verba sententia sint stricti juris, nec debeant plus operari, quam de necessitate important, ut in terminis sententiae fuit dictum in hac causa.
12. Januarii 1609, coram me.

D E C I S I O C X V .

Episcopus in diæcesi habet fundatam intentionem tam de jure communi, quam vigore Concilii in approbationibus confessorum, & qui contrarium prætendit, debet hoc probare per Apostolicum privilegium.

R. P. D. Ubaldo.

*Decis. 655.
par. 3. 766.*

Calaguritana jurisdictionis de Nagera.

Veneris 20. Martii 1615.

S U M M A R I U M .

- 1 Episcopus in sua diæcesi habet fundatam intentionem quoad approbationem confessariorum. 4 bida per actus contrarios. Conclum an derogaverit juri questo ex sententia.
- 2 Manutentio datur ex sola juris assi- 5 stentia, absque alia probatioane posses- sione. Abbas non presumuntur habere iura E- piscopalia, nisi probetur, & ostenda- tur privilegium Apostolicum.
- 3 Et quid si juris assistentia reddatur tur- 4. Uerat in hac causa resolutum usque de anno 1611, die 6. Junii coram Reverend. Attribebaten, dandum esse mandatum de manutendo Episcopo Calag. in quasi possessione approbandi Confessoriorum in Ecclesiis S. Crucis, & S. Michaelis op- pidi de Nagera, & cum pro parte moderni R. Episcopi instaretur pro relaxatione man- dati prædicti, Abbas B.M. de Nagera ord. S. Benedicti advocatus petiit, & obtinuit iternum

iterum audiri super eisdem. Et DD. unanimiter perstiterunt in decisio[n]e, fuit enim iam per plures decisiones firmatum dictum Monasterium S. Mariae de Nagera esse in diocesi Calaguritana, videlicet 4. Iuli 1603. & 16. Januarii 1604. coram bono mem. Pre-
mia, & rursus 26. Junii ejusdem anni, & 5. Maii 1608. coram Reverend. Attributum, &
id etiam fuit pro ratione adductum coram eod. 12. Jan. 1609. quod ulterius confirmi-
bant Domini tum ex enunciativa Benedicti Papae in confirmatione sententia Ro-
berti data pro parte Monasterii, in qua exp[ress]e enunciatur Prior & conventus B.
Mariae de Nagera Cluniacensis Ordinis Calaguritanæ diaecel, tum quia præten-
Monasterii est fundata super privilegiis, & exemptione, ut in dicta sententia, que
exemptio presupponit dicatum Monasterium esse in diaecel, ut bene per Rotam d[omi]ni
207. n. 2. & 3. par. 3. divers. & fuit dictum in Constantiensi jurisdictione 18. Maii 16014.
ram Reverend. Attributum. & in Sipontina jurisdictione 2. 4. Maii 1613. & in eadem
14. Martii 1614. coram Reverend. Damasco.

² Hocigitur itante, quod dictum Monasterium sit in diaecel. Calaguritanæ, &
piscopus habet intentionem fundatam de jure communi, c. omnes Bis[ic]ice 16. q. 7.
cum Episcopu[m] de off. ordin. in 6. c. concurrente, extra eod. iij. Verall. dec. 506. p. 1. & dec.
201. p. 2. & in specie quoad approbationem Confessorum, est text. in Clem. dudan
§. ac deinde, & ibi Vital. & aliis de sepe. & est expressum in S. Conc. Trid. ieff. 23. c. 15. da
reform. cuius dispositio est clara, quod nemo admitti possit ad confessiones facula-
rium audiendas, nisi sit approbus ab Episcopo, quocunq[ue] privilegio, & consuetu-
dine etiam immemorabilis non obstante, & fuit declaratum per S. Cong. Conc. Trid.
interpretum, ut fuit dictum in hac causa 26. Jun. 1604. coram Rever. Attributum, unde
ex hac sola assistentia juris certum est Episcopo competere manutentionem absque-
lia approbatione possessionis, c. cum persona, ubi Doct. omnes de privil. in 6. Verall. dec.
306. par. 1. & dec. 201. & seq. par. 2. Rot. dec. 145. n. 6. par. 2. divers. & fuit dictum in hu-
causa 12. Novemb. 1609 coram Rever. Attributum. & prius 5. Maii 1608. in eadem cau-
sa coram eodem. Et fuit resolutam in una Venerabilis jurisdictione 18. Martii 1596, coram
bono mem. Card. Pamphilo, & in aliis.

³ Nec videbatur applicari limitationem, quæ adducatur pro Monasterio, vide-
licet, quod assistentia juris non suffragatur, quando[rum] per actus contrarios redditur tur-
bida, & ideo sit omitendum judicium postessorum, ut servat Rota in pluribus cau-
sis, & praesertim in Lucen. seu nullius. 4. Maii 1598. coram Seraph. & in alia Montis Regia
4. Novemb. ejusdem anni coram Penia. Quia respondet, quod isti actus non proba-
tur, & quatenus probarentur etiam ad adducendam immemoriale censentur sub-
lati per Conc. Trid. per quod derogatur etiam consuetudini immemoriali, ut dictum
est, praesertim cum Abbas non doceat ex dd. artibus acquisivisse quasi possessionem
sciente & paciente Episcopo, pro ut requiritur 1. 2. ubi glos. c. de serv. & ag. c. cum Eccles-
ia, ubi R. p. n. 64. de car[di]nali poss. & prop. Pnt. dec. 50. n. 10. l. 1. Rot. in d. Sipontina jurisdic-
tione.

ditionis 14. Marii 1614. coram R.. Damasco, & quatenus probaretur Confessarios habuisse licentiam ab Abbatore, non tamen inde inferui, quod non habuerint etiam ab Episcopo, ut in similibus terminis fuit resolutum in una Bonon. juris concedendi licentiam 7. Junii 1585. coram Orano.

Nec obstat videbatur præcipuum fundamentum informandi pro Abbatore, quod S. Concilicer derogaverit confuetudini immemoriali, non tamen videtur sustulisse jus quæsitum Abbati vigore concordia, vel arbitralis sententia Roberti, & à Se-de Apostolica ex certa sententia confirmata, propter duplex vinculum, juxta not. in Clem. ad dñm in ver. pœta de sepult. cum aliis adductis in una Seguntina jurisdictionis 27. Novemb. 1587. coram Gipso, quia ultra in dicta sententia nullum verbum legitur de approbatione Confessoriorum, ut jam decisum est coram Rever. Attrebaten. Respondebatur etiam dictam sententiam, & inde securam confirmationem fundari in praetensa immemorabili confuetudine, & privilegiis, quibus cum fuerit derogatum per Conc. ut supra dictum est, sequitur ut cesseret etiam quodcunque jus ex dicta sententia confirmata quæsum, ut in simili materia fuit data declaratio illustr. lac. Cong. interpretum in una Baren. juris dictionis de anno 1589. vers. & in simili.

Nec etiam obstat, quod dispositio S. Conc. non procedat, ubi Abbas habeat quasi jurisdictionem Episcopalem, quia quicquid sit de hoc, respondebatur ex iuribus datis pro parte Abbatis non probari eum habere simpliciter omnia jura Episcopalia, si non ostendat privilegium Apostolicum, cum solus Papa illa possit concedere. Abb. in c. cum contingat n. 18. de foro compet. post Joan. And. in c. cum Episcopus de offic. ord. in 6. & dixit Rota in hac causa 26. Junii 1604. coram Rever. Attrebaten. ex quibus, & aliis deductis in aliis decisionibus hujus causæ, & nunc per informantes DD. persistuerunt in decisis die 6. Junii 1611. coram eodem Attrebaten.

Ad partis 5. Quæst. 2. & 3. Additio.

DE individuitate actionis hypothecariæ vid. Rot. coram Seraphino dec. 957. n. 11. que est supra in hoc tomo dec. 108.

De punienda autem contumacia eorum, qui prætexu exemptionis resistunt Ordinario volenti exercere jurisdictionem, in cuius exercenda quasi possessione existit. V. d. Riccius. de jure person. l. 4. c. 6. n. 3. & seqq. usq; ad n. 50. Borgn. Cavalcan dec. 28. n. 39. & in casu speciali Episcopi excommunicantis Abbatem & Monachos refentes visitationi. Fagnan. in c. procurationes n. 27. & seqq. de censib. & in simili de Episcopo excommunicante Baronem sibi non subjectum ob injustam detentionem bonorum mensa Episcopalis. Rot. dec. 122. per tot. par. 15. rec.

Ooo

AD